

10.3 - vicende giudiziarie e varie, 1366. - 1765. (c. 168. - 171.)
Dal processo segnato n.o 64. **dell'Archivio Vescovile**
 Diverse Bolle non conferenti l'interesse del Vescovato.

(settimo fascicolo - carta 168.; il testo si estende al margine destro)

1366. 11. X.bre. Processo contra un Tesoriere, e Prebendato, cui il Capitolo privò dell'ofizio, e Benefizi, per essersi voluto partire dalla residenza, negatali dal Cap.lo med:mo la permissione. Vedilo in Archivio dove, fattolo copiare, il riposi.

Nel Processo n.o 33.

1430. 6. Apr.le Livello fatto dal Capitolo coll'assenso del Vescovo di una Casa spettante alla chiesa di S. Andrea

1421. 10. Aprile Sentenza del Decano e Vicario Episcopale, come Giudice arbitro tra i Rettori di S. Andrea, e di S. Gio: da Riva litiganti per il Cimiterio: conferma la sentenza fatta dal Decano Pietro paolo

Processo n.o 47.

1671. 20. Luglio. Lettera del Generale de' PP. Minori al Vescovo di Treviso, perché i suoi Frati non s'imbrogliano nella direzione delle Terziarie; che Mong.r Vescovo accetta nella risposta sotto la sua tutela.

(aggiunta interlineare) Constitutiones Summorum Pontificum, quibus Tertiariis exemptio ab E.pi et Parochi urisdctione conceditur, fuerunt revocati etc.

V. Thesaur. Resolut. Sac. Congr. Concil. To. XIV. P. I. pag. 24. etc. et To. 29. pag. 80. in Setina 17. Ap.lis 1765.

V. nel mio Compendio Ms. della Serie de' Vescovi pag. 17.¹

Processo 28. (il testo è tornato normale, al centro)

Informazione contra il Capitolo, che nel 16... aveva conferita in mese riservato la Prebenda d'Arcade, siccome giuspatronato laico devoluto.

V. Breve di Paolo V. nell'Archivio del Cap.lo in Capsula Praebende de Cachis.

1617. 7. Aug.

A favore del Capitolo fu scritta dal celebre Avvocato M. Antonio Ferro una Allegazione, che si ha in Archivio Caps. (?)

La prebenda era vacata per morte di Giorgio Meneghini ad.:

(il resto della pagina è bianco)

(a lato, ex.) **Ex libro II. Episcopalis Archivii** fol.ul:mo

(settimo fascicolo - carta 168, tergo)

Sixtus² Ep.us Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.
 Licet ea que ex auctoritate Roman. Pontificum . . .

¹ (a lato, in margine sinistro) V. ms. Petrogalli in fine etc.

Dal Testamento di Vangelista dalla Oniga 2. Maggio 1520. appare che fino d'allora v'era in Trivigi la Compagnia de' Pinzocheri, o Pinzochere: conciosiachè ordina Egli, che si chiami al suo Funerale "Regula Pizzocherorum tertii ordinis": così nella copia di d.o Test.o esistente in Archivio della Scuola del SS.mo della Cattedrale.

² (come sopra) 1481. elig.r. Bulla Confirmationis unionis S. Jacobi.

pro utilitate et decore Ecclesiarum Cathedralium, et aliorum piorum locorum gesta et ordinata fuisse noscuntur immobili debeant observatione vigere: quia tamen nonnullorum ambitiosa sedulitas illis diversis modis contravenire presumat, decet nos taliter operari, quod veritate cognita, gesta et ordinata predicta per nostre vigilantie studium majori semper robore convalescant.

Dudum siquidem postquam fel. record. Eugenius papa III. predecessor noster, per eum accepto, quod Hospitale sive domus Leprosorum prope muros Tarvisinos, cui Ecclesia S. Jacobi Schiriali etiam prope dictos muros Canonice annexa erat; et que Clericis secularibus in titulum perpetui Beneficii Ecclesiastici assignari consueverat, nec non quondam Xp.oforus de Roma de Venetiis ipsius Hospitalis sive domus Rector, dum viveret obtinebat, per obitum eiusdem Xp.ofori, qui extra Ro. Curiam decesserat, vacaverat, et vacabat tunc: ac bon. mem. Ludovicus e.pus Tarvisin. summis prosequebatur affectibus, quod in Eccl.ia Tarv., cui preerat, ad illius venustatem, et honorem duodecim scolarium, qui in grammaticalibus et cantu, prout congrueret, instructi una cum ipsorum Magistro divinis haberent ibidem officiis interesse, numerus existeret: motu proprio, et de mera sua liberalitate, inter alia, Hospitale, sive domus huiusmodi, cuius et annexorum fructus, redditus, et proventus centum viginti Ducat. auri, secundum communem estimationem, valorem annum, ut idem Eugenius predecessor etiam acceperat, non excedebant, cum omnibus iuribus, et pertinentiis suis Canipe Cap.li Eccl.ie Tar. ad usus Magistri, nec non Scolariū predictorum perpetuo auc.te ap.lica univ. erat, annexerat, et incorporaverat: ita quod liceret Massario dicte Canipe pro tempore existenti per se, vel alium, seu alios hospitalis, sive domus predictae, sic ut premittitur, seu alio quovis modo vacaret, corporalem possessionem apprehendere propria auc.te, et perpetuo retinere: nec non hospitalis sive domus, ac leprosorum et pauperum inibi pro tempore confluentium, suportatis oneribus: illud quod superesset, in usum et utilitatem Magistri, et Scolariū predictorum convertere, diocesani loci, et alterius cuiusque licentia super hoc minime requisita: nec non eidem E.po convenientia, de quibus sibi videtur, ordinationes et statutum per que vid. dicti Magister et Scholares inibi pro tempore assumi: nec non institui, et destitui, ac ibi vivere, et que in Eccl.ia Tarv.a prefata, nec non extra illam exercere deberent, eadem auc.te faciendi: ac omnia, et singula, que in premissis ac circa ea quomodolibet necessaria et opportuna forent disponendi, et exegendi plenam, et liberam concesserat facultatem: per eundem Eugenium predecessorem similiter accepto: quod q. Petrus longus tunc perpetuus beneficiatus in dicta Eccl.ia Tar. Mansionarius nuncupatus pretendens se in rectorem dicti hospitalis electum, sive ad illud presentatum, sibi que per dicti Eugenii predecessoris litteras de eo provideri, seu illud sibi committi mandatum fuisse, causam (ipsam ad se adversans, et litem desuper penitus extinguens) (*le parole fra parentesi sono cancellate*) propterea contra Decanum, et Cap.lum dicte Eccl.ie Tarvis.; nec non alios, quorum ratione prefate Canipe interesse posset q. Baptiste de Roma tunc Capellano suo et Causarum palatii Apostolici Auditori per eundem predecessorem committi, et ab eodem Baptista citationem decerni obtinuerat; que executioni demandata fuerat ac idem predecessor causam ipsam ad se advocans, et litem desuper penitus extinguens, motu simili litteras mandati huiusmodi, Si que essent, ac omnia inde sequuta auc.te ap.lica revocavit, cassavit. et irritavit, ac nullius cesuit existere firmitatis, dictasque litteras ipsius mandati, nec non petitionem, super qua forsam expedite fuerant de registris suis deleri, et ubilibet pro cassatis haberi voluit, decernentes eis in iudicio vel extra nullam deiceps fidem adhibendam fore: nec non incorporationem, annexionem, unionem, et ipsarum litteras predictas, etiam si electio, sive privatio rectoris huiusmodi (*parola cancellata*) Hospitalis eiusdem ad leproso, sive pauperes inibi existente pro tempore, quovis modo pertineret, viribus omnino subsistere debere, ac irritum et inane quidquid in contrarium a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingeret attentari.

Et deinde pro parte ven. Fr. nostri Joannis E.pi Tarv. nobis exposito, quod licet ab illo tempore citra facte per quadraginta quatuor annos vel circa E.pi Tarv., qui fuerant pro tempore, ex eo quod Capitulum dicte Eccl.ie onus . . .

(settimo fascicolo - carta 169.)

onus huiusmodi certis de causis suscipere recusavissent, hospitale predictum Rectori ydoneo commiserunt, et leprosorum, ac pauperum predictorum suportatis honeribus, superextantes fructus, in usum et utilitatem Mag.ri Scolarium predictorum converterant.

Nuper tantum dilecto filio Pyleo Vonico, qui se gerebat pro Decano Eccl.ie Tarv., falso asserente, dictum hospitale vacare, et prefatum Ioannem Ep.um Tarv. hospitale huiusmodi per biennium et ultra, citra tamen triennium, nullo desuper sibi titulo suffragante, sed temere et de facto detinuisse, et tunc detinere indebite occupatum: hospitale predictum, vocatis dicto Ioanne E.po et aliis, qui forent evocandi, eidem Pileo per quasdam nostras litteras committi mandaveramus. Quarum pretextu dictus Pyleus prefatum Ioannem E.pum super premissis coram dilecto filio Nicolao de Castro Can. Paduano uno ex exequutoribus in dictis litteris pileo concessis deputato traxerat in causam, in qua ad nonnullos actus citra illius conclusionem processum fuerat; ac subiuncto quod in multimodis litteris dictus Pyleus maliciose subticuerat (?) unionem predictam, Et quod dicto E.po ut convenientia, de quibus sibi videretur, statuta er ordinationes, per que Magister et Scholares assumi, institui, et destitui etc. . . .

Caetera desiderantur. vedi Doc.to.

(il resto della pagina è bianco)

Copia tratta da **Scodaroli esistenti nell'Archivio Vescovile**
di ragione di S. Giacomo di Schiriale

(carta 169, tergo)

1603. c. 41. Cantori n.o 8. al Maestro di Capella	-	L. 620.
all'organista	- - - - -	L. 124.
Basso	- - - - -	L. 320.
Cantore e suonatore insieme	- -	L. 99: 4.
altro, e trombone	- - - - -	L. 74: 8.
altro	- - - - -	L. 148: 6.
Cantor	- - - - -	L. 37: 4.
Altro	- - - - -	L. 148: 16.

Costava la Capella L. 1603: 12.

Si pagava la scuola di Grammatica a' Cherici della Cattedrale L. 320.

c. 142. Computisti due, l'uno Can.co eletto dal Vescovo

il Sindico Bartolomeo Ragazzi, il quale l'anno 1603.- 4. fa la seguente nota

c. 74. 1605. D. 13. Luglio Nota come il R. Cap.lo mi comise, che dovessi pagar il R. Boden organista sostituto

Alli Cantori, che cantano in Domo nella Capella dell'Antonietta appresso la Sagrestia alle Messe, e alle Compiete siano dati Ducati disdotto.

Parte dell'Ospitale A. 1519. c. 113. in Vacchetta dell'Ospitale

(il resto della pagina è bianco)

1731. P.mo X.bre in Pregadi

(carta 170.)

Previde la prudenza, e la carità de' Mag.ri nostri, che sconsigliatamente da' direttori delle Città, Comunità, et altri Corpi meditar si potessero ricorsi a Roma contrarj a' pubblici instituti, e a loro medesimi nocivi: fu perciò deliberato, che nulla si potesse cercare da essi, e impetrarne a Roma senza la permissione di questo Consiglio.

Non ostante un così saggio provvedimento, uscite sotto varj titoli delle licenze per produrre a Roma ricorsi a prima vista innocenti, e trarne poi di colà semi di acerbissime controversie, che posti in dissidj li membri de' Corpi predetti, tengono contro il temperamento, e le ordinazioni della Rep. n.ra in perpetua animosità li sudditi, e per varie contese fanno, che si disperda ciò, che deve essere conservato al sostenimento delle famiglie, e alle convenienze dello Stato, da' cui escono anco perciò summe immense di danaro con irreparabile perdita.

Essendo però pubblica risoluta volontà di andar incontro con tutto il vigore alle cagioni di tanti mali, e alle perniciosissime conseguenze, l'anderà parte

Che somiglianti permissioni di ricorrere a Roma per variare lo stato presente delle chiese conseguite sin qui sotto qualunque nome di Città, Comunità, Capitoli, o altri Corpi, che non fossero consumate con la consecuzion delle Bolle, e queste licenziate giusta le leggi, ed eseguite, sieno, e s'intendano con tutte le cose annesse, connesse, e dipendenti tagliate, cassate, et annullate come se fatte non fossero; cosicchè in virtù delle medesime non possa da chi si sia procedersi ad atto veruno.

In oltre sia fermamente statuito, che sopra nuove suppliche, quali per l'avvenire fossero presentate, o presentate altre volte, nuovamete si producessero, o per qualunque altro pretesto, niuno eccettuato anco di movimento proprio, non possa esser posta parte, che permetta a chi si sia il ricorrere a Roma, e non possa esser scritto all'Ambasciator nostro, perché favorisca o promova ricorsi a quella Curia, quando da detti ricorsi venisse fatta alcuna alterazione, innovazione, o cambiamento allo Stato presente delle Chiese situate nel Dominio nostro, se prima non si saranno ricevute le informazioni in Scritture unite, o separate di ambedue li Consultori in jure, e quelle rispettivamente de' Rappresentanti nostri nelle Città principali, i quali chiamati a se, et uditi tutti quelli, che ne avessero, o potessero aver interesse, ci diano l'opinione loro privata giusta le leggi

Le parti poi, che dopo queste cautele trascurate per l'addietro contro il buon ordine, e l'intenzione delle Leggi si ponessero nel proposito, non s'intendano prese, se non saranno poste sole, e prese colli quattro quinti delle Ballotte, così nel Collegio nostro, come in questo Consiglio, e sempre colla previa lettura di questo decreto, che doverà in ogni loro Scrittura essere suggerito da' Consultori, e con il metodo pred:to doveranno pure essere licenziate le Bolle, che in vigor di dette permissioni venissero rilasciate.

E la presente sia mandata per Lume all'Ambasciator nostro in Roma, come pure a' pubblici Rappresentanti nelle Città nostre principali della Terraferma, e data a' Consultori per la rispettiva, e puntuale sua esecuzione, dovendo essere fatti seguire così dall'Ambasciator in Roma, come da' Rappresentanti i registri necessarj a lume e norma de' successori.

E li Segretarj legisti sieno incaricati di farne del presente Decreto una precisa annotazione, perché in ogni tempo ne riporti la perfetta sua esecuzione.

----- 103.

----- 0.

----- 15.

Andrea Bernardo Segretario.

Paulus Papa V.³*(carta 170, tergo)*

Ad perpetuam rei memoriam. Sacri apostolatus ministerio meritis licet imparibus, disponente Domino, praesidentes circa Statum Ecclesiarum quarumlibet, praesertim Cathedralium, et personarum in eis divinis laudibus insistentium salubriter dirigendum, prout off. um (sic) nostri debitum expostulat, aciem nostrae considerationis libenter convertimus, et ut illa feliciter, auctore Domino, proficere valeant incrementis, nostrae providentiae partes libenter interponimus.

Sane exponi nobis nuper fecerunt dilecti filli Cap. lum, et Canonici Eccl. iae Tarvisiens., quod alias et a centum quinquaginta annis plus, minusve, tunc existentes Capitulum, et Canonici dictae Eccl. iae provide considerantes chorum Eccl. iae praedictae ab octo illius Mansionariis magna ex parte sustentari, et quamvis expediret, octo eiusdem Eccl. iae Mansionarias personis nedum eruditis, sed etiam cantandi peritis conferre: tamen plerumque eas a Sede Apostolica h. modi personis, quae vel propter senectutem, aut cantandi imperitiam ad servitium dicti chori inhabiles forent, conferri consuevisse, et inde divinum Cultum in praedicta Eccl. ia detrimentum pati; ideo ut defectus ipsorum Mansionariorum opportuna aliqua ratione supplerentur, ac eiusdem Cultus conservationi consuleretur censuerunt, et decretaverunt ex numero quadraginta perpetuorum Beneficiatorum Praebendatorum nuncupatorum, eiusdem Eccl. iae aliquot in Cantu versatos, et alias idoneos in Mansionarios ad eorum nutum amovibiles cum facultate sedendi, et incedendi immediate post eosdem Mansionarios praebendatos, et ante dictos beneficiatos, et aliis forsam facultatibus, exemptionibus et privilegiis creandos esse, et hoc quod proposuerant executioni cum ordinarii loci approbatione et institutione demandantes; comperientesque longa et diuturna experientia inde non solum cultum praedictum in ipsa Eccl. ia manuteneri, sed etiam augeri, ac alios beneficiatos huiusmodi spe praerogativam praedictam assequendi vigilantius servitio ipsius Eccl. iae intendere, in ea laudabili consuetudine perstiterunt:

Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, defectus Mansionariorum Praebendatorum huiusmodi, qui vel senes, vel cantandi imperiti, aut infirmi, vel alias ad servitium dictae Eccl. iae minus idonei sunt nulla alia opportuniori occasione, quam per dictorum Mansionariorum supernumerariorum creationem suppleri posse videatur, eaque consuetudo propterea optimo iure introducta, et ad hoc usque tempus servata existimanda sit, quia tamen nonnulli ex modernis Beneficiatis praedictis creationem huiusmodi impedire, et forsam tollere satagunt sub eo praetextu quod illi, qui sic in supernumerarios Mansionarios creantur alios beneficiatos in aliquibus functionibus et assistentiis aggravent, et illi qui antiquiores sunt, nec in choro, nec in processione aliisque actibus dictae Ecclesiae procedere, (sic) sed in illis omnibus ordinem sui quisque ingressus servare debent, exponentes praedicti ad huiusmodi frivolis impedimentis occurrendum plurimum cupiant sibi desuper per Nos, et Sedem praedictam benigne indulgeri; Nobis propterea humiliter Supplicari fecerunt exponentes praedicti, quatenus in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignemur.

Nos igitur dictos exponentes specialis gratiae favore prosequi volentes, nec non Capituli huiusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati dictis exponentibus, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, tam ipsi quam eorum successores dictae Eccl. iae Capitulum et Canonici pro tempore existentes, quotiescumque, et quandocumque illis ita expedire videbitur, quattuor vel plures Mansionarios supernumerarios ex gremio dictorum Beneficiatorum eligendos, et per ordinarium loci approbandos, et confirmandos, et ad nutum eorundem Capituli et Canonicorum amovibiles, prout hactenus in dicta Eccl. ia fieri solitum est, creare, ipsique sic creati tam in eodem Choro, . . .

³ *(a lato, in margine sinistro)*

Ex. ex originali pergam. Archivi Capitularis
1609. 23. Lug. o

quam in processibus, et omnibus aliis actibus eiusdem Eccl.iae immediate post alios Mansionarios praebendatos, et ante omnes beneficiatos praedictos sedere, et incedere, nec non omnibus aliis facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, praerogativis, antelationibus, aliisque favoribus, et gratiis universis, quibus alii Mansionarii supernumerarii dictae Eccl.iae hactenus quomodolibet usi, et potiti sunt, ac uti et potiri poterunt similiter et pariformiter, ac sine ulla prorsus differentia, uti et potiri, et gaudere libere et licite valeant, salvis . . .

(carta 171, : inizia l'ottavo ed ultimo fascicolo del manoscritto)

salvis tamen titulis collativis, apostolica auctoritate tenore praesentium, perpetuo concedimus, et indulgemus ac exponentes, et eorum successores praedictos, nec non Mansionarios supernumerarios pro tempore creandos praedictos super praemissis vel eorum aliquo a dictis Beneficiatis nunc, et pro tempore existentibus, aut quibusvis aliis publice, vel occulte, directe, vel indirecte quovis quaesito colore, vel ingenio molestari, inquietari, aut quoquo modo impediri, ac praesentes nostras litteras super eo perpetuo validas, et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, sicque per quoscumque iudices et commissarios quavis auct. te fungentes, et Causarum Sacri Palatii Apostolici Auditores iudicari, et diffiniri debere irritum quoque et inane, auct. te et tenore praesentis decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus Fratribus Tarvisino, et Clodiensi Episcopis, sive eorum Vicariis in spiritualibus Generalibus, et dilecto filio Curiae Causarum Camerae nostrae Apostolicae generali Auditori nunc et pro tempore existenti per praesentes committimus, et mandamus; quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se vel alium, seu alios quoties per parte Capituli et Canonicorum dictae Eccl.iae nunc et pro tempore existentium fuerint requisiti, seu aliquis eorum fuerit requisitus ipsis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant, seu aliquis eorum faciat easdem praesentes nostras litteras, ac omnia et singula in eis contenta integre et inviolabiliter ab omnibus observari, non permittentes Capitulum et Canonicos, eorumque succesores praedictos a quoquam contra earumdem praesentium tenorem quomodolibet indebite molestari; contradictores quoslibet et rebelles per censuras et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris et facti remedia, appellatione posposita compescendo, ac censuras et poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, reaggravando et interdicens; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit brachii secularis auxilio, non obstantibus praemissis ac felicis record. Bonifacii pp. VIII. praedecessoris nostri de una, et Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas quis vigore praesentium extra suam Civitatem vel diocesim ad iudicium non trahatur ac aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis etiam in provincialibus, et synodalibus, universalibusque Conciliis editis, dictaeque Eccl.iae etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, privilegiis quoque, indultis, consuetudinibus etiam immemorabilibus, et litteris apostolicis eidem Eccl.iae, illiusque Capitulo, Canonicis, Mansionariis et beneficiatis, aliisque superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine etiam consistorialiter, ac alias in contrarium forsam quomodolibet concessis: quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus habenda esset in nostris literis mentio specialis, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die vigesima tertia julii M.DC.IX. Pontificatus nostri Anno Quinto.

. . .

Io: B. Bolognetus

ab extra in summo Capite
Breve apertum
in Calce
I. Leo. a.

1751. 11. 7.bre. in P.di⁴
Al Podestà, e Cap.o di Treviso.

(carta 171, tergo)

Su la dispensa, che da cod.o Monsig:r Vescovo fu con lettera Pastorale accordata alle Dignità, e Cap.lo de' Canonici dal tenersi a ginocchio, come prima facevano, al tempo dell'Episcopale Benedizione, non essendovi cosa alcuna, che si opponga a pub.ci rispetti, oltre l'uniforme pratica delle altre Cattedrali dello Stato⁵, noi troviamo di pienamente rimetterci allo stabilito da esso Monsig:r Vescovo, il che sia in risposta alle Vostre lettere 26. del pass. Agosto, commettendovi di render nota al Prelato med:mo la presente deliberazione.

E delle presenti sia data copia a Consultori in jure per lume di quanto si delibera su la di loro Scrittura.

Giuseppe Imberti Seg:o

* Nota che facendo difficoltà nuovamente di ubbidire a questo Decreto, cioè pretendendo di ricevere in piedi anche il Podestà le Benedizione, quando così la ricevevano i Canonici, una lettera degli Eccell.mi I. di S. lo pose a dovere, ed esso, che era il Sig:r Girolamo Luca, e i successori la ricevettero poi ginocchioni, stanto in piedi i Canonici. *

Die 25. Maii 1746⁶

Illum. D. Jacobus Angarano 3. ius Hon.dus Advoc. Co.is, sic instante D.no Bartholomeo Bonuzzi interven.te, et nomine R.mi Jeronymi Martignago Decani ellecti Capituli Tarvisii, nec non Nuncii fid.mae Civitatis Tarvisii Assumptricis iudicii, nec non R.mi Capituli Canonicorum eiusdem Civitatis itidem Assumptorum iudicii, ut in Const.o, ob lapsum temporis a legibus praescriptum ellevavit suspensionem appositam in Cittazione sub die 21. Aprilis proxime decursi Iudicii Exem. Pleni Collegii diei 7. Martii pariter p. p ad favorem Supradictorum instantium, et contra Rev.m Curiam Episcopalem Mag.cae Civitatis Tarvisii, ad instantiam Curiae predictae, mandans etc. ita reff.e Durello famulo off.cii.⁷

Ex Not.o P.mo Ad. ae Communis

Joseph Quero
Ad.ae Com.le Not.lae

Ex Viterbiensi Synodo A. 1762. Cardin. Ep.o P. Oddi. Tit. II. Cap. 6. n. 3.

His (Sacramentalibus) accedit⁸ Benedictio Episcopalis. ad quam. si solemniter impertiatur, genua flectenda esse mandamus etiam a Magistratu⁹ Civitatum, exceptis duntaxat Canonicis¹⁰, aliisve, qui ex probata Consuetudine, Caput et humeros profunde inclinant. . . .

⁴ (a lato, in margine sinistro) Copia.

⁵ (come sopra) V. Merati Obser. in Gavan. T. I. P. 2. tit. XIV. n.o XXV. et D. 452. ibi.
V. Acta Cap.li 1689. Februar. et 1751. lib. 000. c. 43.
V. Pignatell. T.o IV. Consul. 92.

⁶ (come sopra) Ex.

⁷ (come sopra) Fra le Lettere d'interessi scritte al Cap.lo Lett.a del Bonucci.
V. il Giudizio quivi accennato in fine alla Stampa di questa Causa impresso.

⁸ (come sopra) Gl. in Poem. 6. Decretal. v. Benedictionem.

⁹ (come sopra) S. R. C. 21. Mar. 1676. in Ferentin.

Ea est enim Divinae Benedictionis adprecatio, quam si Deus in veteri Lege, se exauditurum promisit, quum a Pontificibus et Sacerdotibus super filios Israel nomen suum invocabatur¹¹, multo magis id in nova, in qua Apostolis suis, Eorumque Successoribus ampliorem contulit dignitatem, et potestatem.

¹⁰ (*come sopra*) S. R. C. in Neritonen. 11. Jul. 1739.

ead. in Viterbien. 23. Mar. 1669. in nostro (*sic*) Actuar. Eccl. an. 1704. fol. 209.

¹¹ (*come sopra*) Numer. 6. 27.

